

# **Fragmenta chirurgica & medica / auctore Gul. Fordyce.**

## **Contributors**

Fordyce, William, Sir, 1724-1792.  
Royal College of Physicians of Edinburgh

## **Publication/Creation**

Londini : Ex officina T. Spilsbury. Prostant apud T. Cadell, 1784.

## **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/rfy4hyfs>

## **Provider**

Royal College of Physicians Edinburgh

## **License and attribution**


This material has been provided by the Royal College of Physicians of Edinburgh. The original may be consulted at the Royal College of Physicians of Edinburgh, where the originals may be consulted.


This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>





F R A G M E N T A  
C H I R U R G I C A & M E D I C A.

A U C T O R E GUL. F O R D Y C E M.D.EQ.AUR.



BIBLIOTH.  
J. REG.  
EDIN.

LONDINI:  
*Ex Officina T. Spilsbury.*  
PROSTANT APUD T. CADELL.

MDCCLXXXIV.

R40410

IOANNI ELIOT  
EQ. AVR. ET BARONETTO;  
MEDICO,  
SI QVIS ALIVS, IN IPSA SCHOLA  
HIPPOCRATICO-BOËRHAVIANA  
NATO;  
HÆC QVALIACVNQVE FRAGMENTA,  
HONORIS ERGO ET AMICITIÆ,  
L. M. D. D. Q.  
GVLIELMVS FORDYCE.

A

ТОЛІ МИМО  
СТАНОВАТЬСЯ  
СЮДІ  
АЛЕКСАНДРІЯ СТАЛА  
ДЛЯ ВІДНОВЛЕННЯ  
СТАНІ  
І ГІДАЛІЯ ПОСУДА НАЧЕМІ  
ДЛЯ ВІДНОВЛЕННЯ  
СТАНІ  
І МІДІА  
СОВІМІСІОНІСІ

# L E C T O R I

S.

Q U U M a primis fere annis  
ad artem medicinalem præ-  
ceteris animum adjungere desti-  
naram, ex ephebis egressus in id  
studii genus omni cogitatione  
incubui; auspice fratre, atten-  
tissimo olim magni Boërhavii au-  
ditore et discipulo. Tali duce,  
libros inter et ægrotos quotidie  
versans, passim conquisi-  
vi, ac totus  
in hoc eram, ut novi aliquid addi-  
scerem. Quandocunque autem le-  
genti, vel percontanti, sese obtulisset  
insigne aliquod ægrotantis exem-

A 2

plum,

plum, observatio quævis, aut significatio tantilla, unde clarior instituto adfulgeret lux, ea literis fidis continuo mandavi, ut ad normam postea, occasione data, singula exigentur. Quæ tunc adnotare exorsus eram, volventibus annis, cum crebra recensione magna cepere incrementa. Multa enim didici ex nosocomiis tam peregrinis quam domesticis : plura suppeditavit propria et publice et privatim per longam annorum seriem experientia.

Nunquam mihi per otium concessum est theorias subtiles subtiliter texere ; neque illuc profecto animus nunc fert, quippe quæ

quæ magis curiosæ mihi semper  
visæ sunt, quam reipublicæ medicæ  
unquam fructuosæ. At vero de  
iis, quæ docuit usus diutinus (qua-  
lia ea cunque sint) cepit deside-  
rium junioribus impertiendi, qui-  
bus in iisdem studiis eadem obtige-  
rit animi intentio, idem ardor.

Libellus FRAGMENTA tantum  
audit. Ea certe licuit domi pref-  
fisse, dum in formam justi ac legi-  
timi operis, quæ in medium habeo  
proferenda, maturuissent; sed nego-  
tiis in dies districtior, et acer-  
rima febrium malignarum vi sæ-  
pius admonitus quam caducæ sim  
et incertæ vitæ, fatius credidi par-  
tem

tem in præsentia vulgare, quam  
in longinquum tempus omnia dif-  
ferre.

Recte statuerim, an secus, alio-  
rum est judicium. Juvat interim  
recolere, cives nostros, quorum ani-  
mum benignum plus semel ex-  
pertus sum, haud omnino adspex-  
naturos conamen aliquod, utcun-  
que leve et exiguum, unde generis  
humani dolores aut amoveantur  
aut subleventur.

Dabam Londini

Prid. Id. Dec.

M. DCC. LXXXIV.

( 2 )

**FRAGMENTA**  
**CHIRURGICA**  
ET  
**MEDICA.**

ABSCESSUS JECINORIS.

**E**Duardus Stansell, tertiae cohortis prætorianæ miles, vicesimum agens annum, febre biliosa ineunte mense Septembris correptus est: nec in valetudinarium cohortis nisi post dies quatuordecim defertur, febre jam onustus, cum ictero superaddito. Rhabarbari ope, salium neutrorum usu, vomitu, &c. se remisere febrilia symptomata; rediitque corpori color

B

suus.

suus. Mansit tamen circa regionem hepaticam, vel gastricam, dolor quidam vix unquam cessans. Ibidem porro loci gravitatis sensus erat præter consuetudinem. Jamque febris accessio postmeridianis ac vespertinis horis urgere cœpit ; quæ utique proxima luce, ut in phthisicis fieri consuevit, in effusum sudorem abiit. Cum crescente in dies dolore ortus est intus tumor ; graduque concitato æger emarcescet. Tumor in exteriorem partem magis magisque ferebatur. Figura ejus rotunda ; pressus vero digitis nusquam cedebat. Vir jure magni nominis Gulielmus Hunter, qui rogatu meo hominem invisere dignatus est, in eandem mecum concurrit opinionem, materiam aliquam malam corruptamque in hepate coiisse, quam ferro forsitan contingere liceret. Ægrum adeo monuimus, quanto vita in periculo esset, quamque nulla de salute reliqua foret spes, ni chirurgi in manus omni abjecta

abjecta mora se tradidisset. Neque abhorrebat ille, miles impiger. Secans igitur per oram lineæ rectæ a parte dextra, ingenti puris fœtidi copiæ exitum præbui: quo emisso, cannulam plumbeam in cavitatem inferui, superdatis postea solitis glutinantibus. Corpus quam citissime pristinam magnitudinem implevit. At vero a cibo, aut post quotamcunque intemperantiam, venter inflatus atque distensus fiebat; omnino ac si residua jecinoris pars (pars illa qua nihil abscesserat) necessariam bilis copiam non esset sufficiendo. Quod in isthac minus erat, rhabarbaro pensavi et extracto chamæmelino, per temporum intervalla exhibitis. Elapso sesquimense, sanatum est vulnus; inflatio omnis resedit; et salus absolutissima subsequuta est.

## ABSCESSUS JECINORIS,

PER DIAPHRAGMA IN PULMONEM PENETRANS.

**N**Auta quidam, cui nomen Bertrand, dum in reditu ex India Orientali promontorium Bonæ Spei præterveheretur, gravi dysenteria implicitus erat. Is me convenit mense Januario M,DCC,LXXII; quo tempore, ex sudoribus nocturnis, purulenta expectoratione, ac febri hectica, laborantis phthisi pulmonali speciem dabant. Sex ante me conventum hebdomadas detractus fuerat fanguis: id quod in malo pleuritidem referente paulo ferius fiebat. Intra diem enim quartum decimum solita phthiseos pulmonalis signa morbus repræsentabat. Prodebat sese præterea tensio in hepatis regione; item tumor inter secundam ac tertiam lateris dextri costas nothas. Hunc tumorem, quoniam ab inclusa in cavo thoracis materia proficiisci videbatur, mihi visum est et Joanni Hunter pure exonerandum esse. Cui medicinæ quum

quum artifex ille eximius postridie, me co-  
 mite, accinxisset; ecce exscreantem ægrum  
 rufæ multum purulentæ materiæ, acerba  
 simul divexante tussi. Nihilo tamen secius  
 optimum factu duximus apertioñem tu-  
 moris instituere; quippe quum non li-  
 quido pateret, illi virium satis suppeteret  
 ad tantam materiæ copiam extuffiendam.  
 Dempti sunt optime cocti puris ad sex-  
 tarios quatuor; constæque ora cariosa repe-  
 riebatur. Anhelosæ respirationis, itidem  
 purulentæ expectorationis symptomata, in  
 auras dissipata sunt: dormiebat quoque  
 æger plus minus. Ut febri subveniretur,  
 nitrum sumpsit ex mixtura salina Rive-  
 riana, cum elixire paregorico, et eclegmate  
 molliente balsamico. Sibi vero nullo pacto  
 temperare voluit, quo minus carne, ostreis,  
 cerevisia forti, et quæ similia sunt, vesce-  
 retur. Ora vulneris inter hæc malam  
 faciem induebat: deciderunt escharæ: id-  
 que quod se promebat, sanguineum, fa-  
 niosum, purulentum, per vices erat. Per-  
 stiterunt

stiterunt hecticæ symptomata : respiratio  
venæsectione relevata est : ad intervalla  
venter resolutus, stercore hic illic materia  
interstincto. Martiis calendis sequuta est  
mors. Die postero, dum intestina secti ca-  
daveris lustraremus, materiam usquequaque  
in jecinore sparsam deprehendimus. E costis  
duæ in longitudinem usque duorum vel  
trium digitorum computruerant. Et, quæ  
animadversione dignissima res est, jecur  
diaphragmati arcte adhærebat ; per quod  
in dextri pulmonum lobi partem pus sibi  
viam eroferat : constabat enim, abscessum  
pulmonis priori in jecinore abscessui or-  
tum debuisse. Aliæ et erant in jecinore  
suppurationes minores, quibus nulla cum  
majori intercesserat communicatio. Cetera  
viscera omni labe carebant ; induratis dun-  
taxat mesenterii glandulis.

Taliū forte suppurationum interpositu  
hydatides e cavo abdominis per tracheam  
alias transmissæ sunt. \*

\* Vide Medical Transactions, vol. ii. p. 486.

## ÆGRITUDINES AD ANUM.

**V**Ariæ sunt et molestissimæ ad anum ægritudines. Earum præcipuæ, cum aptissima cuique curatione, sequuntur.

1. Prurigo intoleranda, cum ardore, et acri profluente ichore: cui malo in totum tollendo vix dum innotescit remedium. Plus illi quidem ex Heisteri, quam ex aliis cujusvis præscriptis, levamenti est. Istiusmodi pruriginem, nullo eam profluvio ichorofo comitante, novimus interdum sanari lacrimis stanni Cornubiensis in pulverem redactis, vel ipsa limatura ejus. Hoc idem docet honoratissimus olim materiæ medicæ præceptor meus Carolus Alston.\*

2. Rhagades lue venerea derivatæ: quæ haustis ex radice sarsaparillæ decoctis sationem debituræ sunt, si modo rite præcesserit

\* Medical Essays, vol. v. p. 89.

cesserit hydrargyrosis. Vide quæ de hac re alibi exequutus sum. †

3. Ulcera vetustiora tortuosa cum fistulis, ex eadem lue male in périnæo curata ortum ducentia: quibus optime succurritur asperiore regimine antivenereo, cereolis, rusticatione, ac victu pleniore.

4. Ulcera vetustiora tortuosa cum cachexiæ symptomatibus: quorum omne auxilium petendum est a pastillis, quos in remedium fistularum confecit celebris medicaſter, quem nuper vidimus, Joannes Ward. Equo vehi sub his licet, aliove modo se exercere. Nulla interim partis affectæ, nulla de cibis, interponenda est cura.

5. Hæmorrhoides in turgido statu collisæ, sic ut dolorem intolerandum efficiant: quas tamen ſæpius pelli videre est per simplicem incisionem, nulla partis affectæ habita ratione, neque imposito aliquo penicillo.

6. Hæ-

† Appendix to Review of the Venereal Disease,

6. Hæmorrhoides jam in pus vergentes, cum dolore vehementissimo, simul et duritate ad ora venarum: quod ut submoveatur vitium, copiose per lanceolam evocandus est humor noxius, prius etiam quam maturentur capitula. Omne penicillum alienum est.

7. Ani procidentia, ab imbecillitate muscularum oriunda: cuius efficacissimum positum est remedium in fomentis ex aqua, in qua candens ferrum subinde extinctum sit, et cortex quernus decoctus. Utilissimum quoque vinculum est a Benjamin Gooch repertum. His autem adantur tincturæ Thebaicæ injectiones, si ex affectuum dysentericorum reliquiis in intestinum rectum regeftis ortum sit malum.

## A S T H M A.

**F**LOYERI tractatus de variis hujusce morbi speciebus unus solus pluris habendus est quam reliqui omnes super eodem argumento conscripti libri.

In purulento genere, quod fere senum est, quæcunque urinam movent ad prime conveniunt: qualia sunt gummi ammoniacum, millepedæ, et scilla. In genere nervoso, nihil æque prodest atque cortex Peruvianus. Recte dantur, in hysterico, solutiones e gummi.

Pauci sunt suspiriosi, qui vitam omnino sufferre possunt in hac urbe, spirante, dum ardet Sirius, vento austro-occidentali. Repentinæ cœli mutationes plerique omnes nimium sentiunt.

Acetum et oxymel scilliticum, mirum quantum polleant, sive separatim sumpta fuerint, sive aliis juncta medicamentis,  
nitro

nitro puta vel cortice Peruviano; maximeque ubi noctu fiunt accessiones.

In omni hoc affectu, ut ne quid invictus ratione peccetur, summa cautio est. Ex traditis mihi ægris nonnullos vidi quasi mox jugulandos, nisi potui datum esset acetum aquæ frigidæ mixtum.

#### CALCULUS VESICÆ FELLEÆ.

**M**atrona Francesca Stewart in Cavendish-square habitabat. Haec, podagræ stirpe genitam, alvus tardior biliosique affectus per maximam vitæ partem infestaverant. Sub mensium tandem cessationem, vehementissimis laccisita vomitionibus, arquata evasit; paucasque intra hebdomadas, sœvis nunc circa regionem gastricam solitantibus spasmis, graviterque vexantibus bilis flavæ acrioris dejectionibus, piriformis illa calculi dimidium excrevit. Cessabant simul symptomata o-

mnia. Post aliquot dies, quum summa animi hilaritate cibo pleniori indulgeret, subito exclamans “ Proh latus meum ! ” manum dexterori regionis hypogastricæ parti admovit, animamque efflavit.

Causam mortis tam inopinatæ cultro anatomico requirens, ductum choledochum inveni crassitudinem vesicæ felleæ prope habentem; calculus enim, quamdiu hisce in locis morabatur, utriusque cavo impleto, ad utriusque figuram plane conformatus erat. Id vero quod maxime notatu dignum est: Reliqua calculi pars, dum per coli valvulam iter moliretur, subitanam acrimonia sua, ut videbatur, convulsionem excitaverat, unaque intestinum ruperat; cuius in vulnere pertinaciter insidebat, non deficiente tamen ad sensum satis amplio transeundi spatio. Inventus quoque est intra pelvim tumor scirrhosus pugni magnitudine, qui adstrictionem istam alvi, unde antea tot cruciatus, forsitan adauxerat. Nulla alia erant noxæ signa.

Verisimile est, bilem cysticam, simul cum descendente calculi parte rapidius erumpentem, tantis illis inter profluviū doloribus in causa extitisse.

Ex eo quod altera pars calculi intestino rupto mortem statim adulterat, minime mihi dubitandum videtur, fata acerba tot infantum, nervorum distensione abreptorum, acriori cuidam in ventriculo aut visceribus materiae deberi, intestinorum tunicas eodem fere modo subito affidenti; quas quidem tunicas apertis cadaveribus saepenumero vidi aliquibus in locis quasi clixas.

#### C A P I T I S D O L O R .

**M**ILES tertiae cohortis prætorianæ, cognomento Green, in valetudinarium exceptus est anno M,DCC,L, atroci cephalalgia tentatus. Ei primum pertusa est vena; deinde vomitoria, purgantia, et cum diluentibus

entibus nitroſa, in uſum vocata ſunt. Quæ omnia quum nihil proficerent, emplastro veficatorio dorſo injecto, et adjuvantibus radicis valerianæ ſilveſtris doſibus, ante emenſam hebdomaudem liberatus eſt.

## §.

Uppinghamiæ Franciſcus Bennett, quum triginta tres annos haberet, gravifſima la- boravit cephalæa, ne ſemel unquam per ſex menses dimittente. Continuata demum duarum integrarum hebdomadum vigilia, auctores fuerunt amici, ut fronti, qua ma- xime parteurgebat dolor, hirudines ad- figerentur. Quod adeo factum eſt. Ma- gna dein copia ſanguinis ſequente, altus illum occūpavit ſopor. Experrecto tanta iterum copia manavit ſanguis, ut æger- rime ſifteretur. Nunquam poſtea indo- luit ei caput, etiam ex heſterno Iaccho; ut ipſe monuit ſeptuagenarius.

## CINGULUM MERCURIALE.

**F**ILIA calcearii cuiusdam Woodcock,  
in Glaston vico Rutlandiæ degentis,  
scabie contracta, remedii loco cingulum  
induta est, quo exceptum erat argentum  
vivum; nullo ante diem tertium oriente  
incommodo. Tum vero insigni angore,  
et angustiis circa præcordia, correpta est;  
invadentibus frigidis sudoribus, nausea,  
capitis dolore, ac nervorum ad tetanon  
usque distensione. Duraverunt ea omnia  
per totam istius diei noctem; in tantum  
quidem exacerbata, ut ad ultima jam prope  
ventum esset. Sanguinem floridi coloris  
effuse vomuit, duasque minimum sanguini-  
nis concreti libras per vulvam emisit: nec  
mediocre per alvum ejusdem erat pro-  
fluvium. In tam præcipiti periculo ar-  
cessitus, multa sciscitando, ac de veneno  
et veneni effectibus, ut verum elicerem,

pluribus

pluribus differendo (me enim rem aetam  
 celaverat tota conscientia familia) tandem  
 eam comperi zona cinctam mercuriali.  
 Qua statim exuta, haustum affatim ob-  
 tuli, qui habet Olci amygd. dulc. unc.  
 vi. Lact. recent. tepid. lib. vi. His vo-  
 mitu redditis, bolum ex aquae menthae  
 cyatho exhibui, in quo erant Camph. gr. v.  
 Flor. sulph. gr. xv. Theriac. Andromach.  
 gr. x. Conserv. flor. lavendul. gr. xx.  
 Victim quoque lacteum jussi cum pulvere  
 e testis contritis. Notandum est, rejecisse  
 illam cum lacte oleoso sanguinem concre-  
 tum; unde valde sublevata est. Diebus  
 quinto et sexto, molestiarum nihil; con-  
 creti vero sanguinis haud parum dejecit,  
 adjuvante medicamento aperiente. Die  
 septimo, ad libram sanguinis floridi denuo  
 refudit. Iterum lacte oleoso usus est, multo  
 cum fructu. Quum a pulvere testaceo  
 lacte temperato abhorreret stomachus, ad  
 jura se recepit, et convalescit.

## CARCINOMA sive CANCER.

**C**ancer exulceratus, ob summum cruentatum, fœdum odorem, et necessitatem morbum alendi, cuius unquam sanandi spei nihil est, tantum habet terrorem, ut de efficaci remedio exquirendo studiofissime meditari debeat benevolus quisque.

Ubi nullum ulcus accessit, lacinantes autem quos vocant dolores sentiri occiperunt, morbum saepius dissipavi cicuta intus data, vel extrinsecus adhibita. Cicutam utendam esse censeo in omnibus ejusmodi casibus, uti moris est Germanorum.

Impositum medicamentum Plunkettianum (ex arsenico id esse reor) mederi vidi, quum ulceris diametros non nisi digitum pollicem haberet, neque scirrus se latius diffudisset. Vidi quoque ex interno ejusdem usu pessima nasci symptomata. Quinimo fide testis locupletissimi certo scio,

majori id impositum superficie, quam cuius mentionem fecimus, tanquam toxicum occidisse.

Ulcera cacoëthica, quæ in nosocomiis pro carcinomatosis habita fuerant, haud raro cedere novi idoneis medicamentis immutantibus, vel aptæ victus rationi.

### C I R C I N U S.

**F**ACILE discernitur circinus ab alio quovis cutis vitio. Ejus hæ sunt notæ. Partem alteram colli, vel thoracis, vel hypochondriorum, vel abdominis, in cinguli modum occupat, exanthemata habens aquosa, pustulis his similia, quæ confluenti potissimum variolarum generi propriæ sunt. Biduo ab eruptione turgescunt hæc exanthemata rubro, cyaneo, vel purpureo ichore. Magna adest inflammatio, ingens itidem dolor, cum angore quodam, animique victi atque oppressi sensu, quam putrida sit illorum indoles liquido manifestante.

In morbi hujus remedium, præclaros novi medicos iteratam præcipere sanguinis missionem, victum parcissimum, diaphoretica, &c. atque ea ipsa per plures dies continuari. At talem frustra consumi operam usus evincit. Serpit enim usque circa corpus malum, eo plus ægrotanti formidinis incutiens, quo magis apud vulgus inveteravit opinio, statim circinum interimere, simul ut orbem suum confecerit.

Efficacissime sanat corticis Peruviani drachma una, ex vino rubro Lusitanico, vel vetere Rhenano, quater quinquesve in die sumpta.

Si vitiis istis, quæ summa corpora deturpant, majorem medici curam vellent impendere, certius illi multo de humorum statu judicium ferrent.

### C O L I C A .

**J**AM ab adolescentia opportunior eram ventriculi et intestinorum inflationi. Quæ mea valetudo postea in pejus vertit

ex eo quod sequutus sum vitæ genere ; unde nimirum cœlo nocturno expositus eram, imbribusque sœpissime membra mafactus. Neque hercle ad sanitatem conferebat, quod de idoneo interea corporis vestitu parum effem solicitus.

Abhinc annis triginta septem, mense Januario, a frigore inter equitandum suscepto, invaserunt dolor ac distensio intestinorum ; præcipua morbi sede ad coli valvulam se habente. Sublatum quidem est id malum, haud tamen levi momento, rhabarbari tinturis, infuso florum chamæmeli, oleo ejusdem essentiali quod dicitur cum saccharo contrito, et injectis clysmatis spiritum pellentibus. At Februario insequente, iisdem manentibus causis, eadem repetebat ægritudo ; nullo ab iis quæ supra posita sunt impetrato auxilio, nec a jalappa, neque ab opiatis. Immisso tandem enemate fortiori ex vino antimoniali, sale marino, infuso florum chamæmeli, et oleo e lini semine, iterum convalui. Vix vero tertius

tertius præterierat mensis, quum graves  
ingruerent spasmi una cum intoleranda  
tensione; unde abdomen perinde ac si fu-  
stibus cæsum relinqueretur, ut summis di-  
gitis per aliquot dies sine dolore nequirit  
attingi.

Quum Augustæ Taurinorum peregrinarer  
anno M,DCC,L, et nocte concubia aggredie-  
retur vetus illa pernicies, pilularum massam,  
quam in aliud concinnaveram, casu in  
cubiculo fortitus, eandem experiri volui,  
siquidem nulla aliunde erat in præsenti  
adlevationis spes. Hujus massæ grana quin-  
decim devoravi, et horæ circiter unius spatio  
exoptata omnia inveni, cruciamenta able-  
gata, spiritumque liberius transmissum.

In Angliam post paulo reversus, quoties-  
cunque a frigore admisso, seu a potu vel  
cibo alieno, minimas molestias exhiberet  
aut intestinorum inflatio, aut dolor ad colic  
valvulam, ad idem confugiens remedium,  
illlico redintegratus sum.

Quid præstiterit hæc medicina sub titulo  
Pilularum

Pilularum Stomachicarum [The Stomach Pills] magis innotescit, quam ut novo repertoris præconio indigeat. Europa, et utraque India, singulares earum virtutes jam diu testantur.

Compositio tamen ipsa, quantumcunque utilis, nonnihil deficit. Nimium enim calorem sæpe ciet, et nonnunquam incipientibus hæmorrhoidibus locum præbet; adeo ut pluribus in casibus, quibus alioquin subveniat, novi aliquid suboriatur mali. Longior forsan dies, majorque pharmacorum virium notitia, hæc incommoda anteverttere docebunt.

Gaudete interim, quotquot estis benevoli, tandem aliquando compertam esse pilularum formulam, quarum ope non exsomnes tantum, nervosisque pathematibus affecti, dulci sopore detinentur; hypochondriaci, melancholici, ac maniaci reficiuntur; sed et qui Cereri et Baccho sacra intemperantius peregerint, torquentium vigiliarum requiem placidissimam inveniunt.

Stultæ

Stultæ credulitati utcunque fraudem faciant ignorantia et impudentia, pestem nefarie corpori inferentes, dum nihil nisi sanitatem præ se ferunt; ausim tamen sperare, neutram mihi harum vitio versum iri, ex eo quia pilulas ita commendo quarum auxilio non ipse solum crebro levatus sum, sed et proximi amicorum, et intimi familiares, et alii cujusque ordinis quamplurimi, a colico dolore sæpenumero revaluerunt.

## D Y S E N T E R I A.

**S**UB exitum anni M,DCC,L, plures e militibus tertiae cohortis prætorianæ, in arce Londinensi præsidium agentibus, occupavit dysenteria endémia. Tentata sunt, qua vulgo exhibentur portione, radix ipecacoanhæ, vomitoria alia, rhabarbarum, &c. quæ, parca adeo manu exhibita, falsum me iterum atque iterum habuerunt.

Idcirco

Idcirco bis die præbui, ex cochleari spiritu  
vini Gallici, a decem ipecacoanhæ granis ad  
quindecim, prout ferebat ægri stomachus  
vel languidior vel valentior: Et hinc qui-  
dem morbus celeriter solutus est. Medica-  
mentum hoc sumpserunt Craddock et  
Pigler, in lectulo cubantes, capitibus cer-  
vicali quasi defixis; quo factum est, ut  
tanta licet potionē vix vomitus eliceretur.

In vulgari dysenteria inflammatoria, cre-  
do equidem, tria vel quatuor ipecacoanhæ  
grana, totidem rhabarbari granis admista,  
si bis vel ter die ex exigua aqua menthæ  
sumantur, plus profutura, post commodas  
evacuationes, quam alia ulla medicina, cuja  
aut ipse periculum feci, aut alii laudes  
cecinere.

Quod ad cholera[m] pertinet, vomitum  
ac ventris fluorem frequentissime compesci  
vidi, præsertim in grandævis, solo spiritu  
vini deflagrato; idque ceteris quibuslibet  
rebus nihil valentibus.

Magna adversus diarrhoeam putridam  
acidorum

acidorum vis est cum opiatis conjunctorum ; quod ipsum confirmat magnificus Störck, Ann. Med. Prim. p. 74.

Femina quædam Ward quadagenaria, apud Bringhurst in agro Leicestriensi ætatem degens, alvi sat molestum per sex menses passa fluxum, demum convaluit haustis tribus aut quatuor aquæ e vicino fonte Nevillensi congiis, ad methodum a Thoma Short monstratam in sua Aquarum Mineralium Historia. Neque rhabararo, neque adstringentibus, obtemperaverat morbus.

#### FEBRES INTERMITTENTES.

**I**N omni febrium intermittentium genere haud raro cernitur, locis præsertim demissis paludosisque, corticem Peruvianum, quam scitissime etiam adhibitum, ex animi tamen sententia non succedere.

Istud sæpius mihi contigit observare, quum in agro Rutlandiensi versarer apud

E fratrem

fratrem olim dilectissimum ; de quo veri ratio, amorque fraternus, prædicare cogunt, et summo eum ingenii acumine fuisse præditum, et vitæ integerrimum, et artis mendendi peritum, quo alium quemquam vix noverim peritiorem.

Dum in medicas inquisitiones una simul operam daremus, incidit forte in manus liber quidam, paucis notus, et paucioribus lectus, qui inscribitur Pharmacologia Anti-Empirica ; titulo is Latino, at vernaculo sermone conscriptus a medico sagaci Gualtero Harris. Refert ille, se in intermit-tentibus universis, quotiescumque cortex voto non respondisset, tali feliciter usum esse pulvere, qualis est pulvis Cornachini ; post deinde dato haustu Deckersiano. Idem mox ipsi aggressus maximum operæ pretium brevi cepimus. Ex eo adeo tempore ad hodiernum usque diem, annos quatuor et triginta, eandem servare methodum in multis casibus obstinatis assidue persto ; tamque

tamque insigni cum felicitate, ut vix hebdomas prætereat, quibus anni tempestatibus ejusmodi dominantur febres, quin unum et alterum hac sola insistens via ad sanitatem reducam.

“ Et tertianas abegi,” ait scriptor,\* “ et quartanas, medicamento purgante ac potionem quæ sequuntur; hisque interdum simplici tantum vice propinatis. Ignorari autem non oportet, permagni id interesse, quo protinus tempore eadem ministranda sint.

“ R. Antimon. diaphor.

Crystall. tart.

singulorum scrup. i.

Diagryd. gr. xii.

Croc. opt. pulv. gr. iii. vel iv.

Misce. F. pulvis, in cochleari vini albi, vel aquæ alicujus cardiacæ, v, vi, vel viii horis ante paroxysmum exhibendus.

“ Eundem

\* “ I have cured both tertians and quartans with the following purge, and potion, and that sometimes upon the very first exhibition; only the circumstance of timing it is of no small moment.

“ R. Antimon. diaphor. &c, &c. ut supra.

“ Eundem fere pulverem præscriptum  
 legas apud Margravium (nuncupatur is  
 Pulvis Febrifugus egregius) quem in jure  
 pulli gallinacei sumendum suadet auctor,  
 duabus ante impetum interpositis horis.  
 Ego vero mallem quinque, sex, aut octo  
 intercedere horas ; eo nempe consilio, ut  
 prius purgatio absolvatur, quam accessio  
 accedat. Pulvis Comitissæ Varvicensis, seu  
 Pulvis Cornachini, ejusdem prope est na-  
 turæ, atque ex iisdem ferme elementis  
 compositus.

“ Huic tamen pulveri non unice confitus,  
 et

---

“ You may read much the same sort of powder in  
 “ Margrave's Materia Medica Contracta, and called  
 “ Pulvis Febrifugus egregius, which he advises to  
 “ give two hours before the fit in chicken broth. But  
 “ I have rather chosen five, six, or eight hours,  
 “ before the time of the fit, that the purge might  
 “ just have finished its operation before the ex-  
 “ pectation of the paroxysm. The pulvis Comitis  
 “ Warwicensis, or Pulvis Cornachinus, are much of  
 “ the same nature, and ingredients.

“ But not trusting to this powder alone, and  
 “ con-

et mecum versans, quam opus sit cardiacum post tantam istiusmodi cathartici vim, tanto præsertim in paroxysmi cito adfecturi discrimine; necesse ut plurimum duxi tale quid cardiacum, vel hauustum febrifugum exhibere, quale reperire est inter notas ingeniosi Deckersii in Praxin Barbettianam.

“ R. Aquæ card. benedict. unc. ii.  
theriacal. simpl. drachm. ii.  
Sal. absynth. drachm. semiss.  
Spirit. sal. ammon. scrup. semiss.  
Syrup. papav. errat. drachm. iii.  
Misce. F. hauftus.

“ Hunc

“ considering how requisite a cordial often is, after  
“ a purge of this strength, and especially at such a  
“ critical time as that of the paroxysm, so soon suc-  
“ ceeding, I have generally thought it necessary to  
“ give some such cordial, or febrifugous draught, as  
“ is mentioned in the notes of the ingenious Deckers  
“ upon Barbette’s Practice.

“ R. Aq. card. benedict. &c. &c. ut supra.”

“ This

“ Hunc itaque porrigo, certe haud absimilem, haustum, circa tempus accessionis, aut ante eam unius fere horæ spatio. Neque memini, me, curatione hac adeo in proclivi vernalis tertianas ac duplices tertianas profligare cupientem, eas non profligasse. Enimvero raro fallet in intermittentibus autumnalibus, modo bis terve repetatur.” Hactenus vir sagax Harrisius.

Ad illa et hoc accedat, me medicinam hanc sanare novisse, etiam quum non purgaverit; me quoque semper præcipere, ut multa veste opertus paroxysmum in lectulo opperiatur æger, haustu Deckersiano, antequam

“ This, or some such draught, I do use to give  
 “ about the time of the fit, or an hour before. And  
 “ I cannot remember, that I have once failed to cure  
 “ the vernal tertians, and double tertians, by this  
 “ easy method. And it is but seldom that it will  
 “ fail in the autumnal, especially if repeated two or  
 “ three times.” Pharmac. Anti-Empir. p. 176,

tequam redeat horror, nequaquam prætermisso, tametsi per alvum nulla facta fuerit evacuatio.

Elizabetha Freeston, in Great Ayston, annum agens decimum sextum, in quartanam incidit anno M,DCC,XLVII. Phrenitis eam in autumno occupaverat; quartana autem prehendit eo qui sequutus est Novembri. Pulverem sumpfit Cornachini, alvo præter solitum nihil reddente. At tamen per hebdomadas sex morbo vacabat: quibus exeuntibus reversa est febris. Post administratum diu et incassum corticem Peruvianum, idem est repetitus Cornachini pulvis cum haustu Deckersiano; qua curatione febris in exilium acta est. Exanthemata quædam, cicatricularum instar e variolis, per totam faciem prorumpabant, manebantque. Virgo vero usq; est secunda valetudine.

Famulus viri cujusdam reverendi Guest, apud Seaton, pulvere Peruviano inutiliter cum theriaca per sex menses adsumpto,  
pulveris

pulveris usu Cornachini in totum restitutus est, mense Augusto M,DCC,XLVI. Nec ventriculum, nec alvum, quam minime moverat pulvis; sed officio suo specificie, quod dicitur, satisfaciebat. Dire vexatus fuerat hic æger.

Vere possum adfirmare, post centena plus pericula, maxime ubi cortex Peruvianus parum valuerit, successum hujusce medendi rationis unicuique alii longe antecellere, cuicuimodi ea sit, undecunque petita, quacunque nitatur auctoritate.

Qui alia in hujusmodi valetudine medicamenta velit celebriora, is adeat Riverii antiquarium, Baglivium de sale ammoniaco crudo, et de floribus chamæmeli, Hoffmanni electarium, necnon Boërhavii antipyreticon raro fallens.

## §

Præbui frequenter theriacam Andromachi, sicuti Galeno mos erat; adjecto succo limoniorum, vel semuncia haustus salini.

Vix

## §.

Vix ausim in medium proferre, quantum opere me attonitum habuerit, post Sydenhami et Mortoni tantorum virorum testimonia, corticem videre sincerissimum Peruvianum, ex ipsorum praescripto adhibitum, plurimis meis ægris vix quidquam aut nihil prodeesse. Quod sic moneo, ut tamen fatear, minime me fugere quam nobile sit antidotum hic cortex, cui confidere liceat in casibus aliquando tantum non deploratis. Cujus rei subjicio exemplum, adnotatu cumprimis dignum.

Mense Augusto calidissimo, Joannes Wright in vico Lidington agricola, quem octo et quadraginta annos complesseſſet, febrem nactus est quam nervosam appellant, illuc forte viciniæ epidemice graffantem. Quæ in re tali fieri adsolent, omnia tentata sunt, nec irrito conatu; transibat enim febris nervosa in intermittentem tertiani generis, quæ per duas

tresve accessiones merito quidem ordinatis  
 posset adnumerari. Deinde vero frigus  
 acriter adeo invasit, ut horas minimum  
 sex septem homo sine sensu ac motu, et  
 gelu quasi rigens, jaceret, urina et ster-  
 core se inscio elabentibus. Post dece-  
 sionem febris, subsidebat in urina paulum  
 aliquid; affatimque is bibebat florum cha-  
 mæmeli infusum, in quo soluta erant salis  
 ammoniaci viginti grana. Horror, qui in-  
 sequutus est, non minus tenuit tri-  
 ginta quatuor horis; quo toto spatio  
 plane pro mortuo habitus foret, cyni-  
 cus nisi, una cum sudore effusissimo,  
 identidem intercessisset spasmus: quem  
 tandem exceptit sudorem sedimentum uri-  
 nae lateritium. Tunc sensus rediere. Se-  
 munieam corticis Peruviani extemplo dedi  
 ex mistura cardiaca aromatica; qua epota,  
 salvus evasit et incolumis, nullam postea  
 passus recidivam. Haud forsitan abs re-  
 fuerit notare, variolas, confluentis potissi-  
 mum

mum generis, jam ante quam ipse febricitare cœptus est, parvulos ejus liberos, numero decem, corripuisse.

## §.

Donaldus Stewart, e decurionibus legionis Scoto-Britannæ de Drumlanrick, sub auspiciis Belgarum Fœderatorum militantis, febre tertiana, tempore autumnali anni M,DCC,L, graviter laborabat. Primum emetica, posthæc cortex Peruvianus exhibitus est; neutiquam inclinante morbo. Post tres menses, Londinum a decurione ventum est; ubi febris, ita uti novas ex nova cœli temperie consequuta vires, in dies ingravescebat, et, pluribus numeratis accessionibus, in quartanam defiit. Pulvis Cornachini nullum adtulit levamen; neque haustus Deckersianus, vel tantillum, frigus minuebat. Quonam vertendum? Experientia magistra edoctus, illam institui hujusce miserrimi curationem, quæ, sancte possum adjurare, nunquam me

falsum habuerat, dum in Belgio Hispanico medicinam facerem, inter prætorianos sacræ majestatis Britannicæ anno M,DCC,XLVIII: i. e. Sanguine prius missō, nitrata in emulfione præbui, cumque his una fal ammoniacum specie e contrayerva commistum. Lenior inde insequens paroxysmus: minus erat frigoris, minus quoque caloris ac febris. Ex sanguinis autem inflammatione et visciditate indicia arripui venæ iterum secandæ, et in usu eorum, quæ supra scripta sunt, permanendi. Nec frustra fui; arguebat enim proximæ accessionis magnopere deminuta vis, recte ea non prætermissa fuisse indicia. Imperavi, ut continuaretur usus emulsionis; neque post unquam rediit febris.

Hanc medendi rationem seni medico apud Eÿndhoven acceptam referto; qui, Baronis Van Swieten sub Boërhavio Hippocrate Batavo condiscipulus, mihi olim religiosissime adseveravit, lanceolam et nitrum,

in regionum illarum palustrium intermit-  
tentibus, singula perficere atque absolvere.

## §.

Mulier quædam Austin, in Rockingham  
degens, quartana legitima per biennium  
erat conflictata; multis sine effectu devo-  
ratis medicamentorum potionibus. In  
hecticam morbus degeneravit. Ibi tum  
ad lac asininum se recipiens, cito con-  
valuit, pristinusque corporis habitus resti-  
tutus est.

## §.

Ægros tres vel quatuor, quibus colicus  
dolor periodicus, cum febre, vomitu, et  
coccinei quasi coloris sedimento in urina,  
illoco a cortice Peruviano adsumpto novi-  
fanari; quum cetera omnia qualiacunque  
ne hilum quidem promovissent. Idem et  
animadverterat Fernelius.

## FLUOR ALBUS.

**H**OC morbo detentas feminas biduo vidi vel triduo liberari, immisso in vulvam Calomel. drachm. i, Aquæ calc. unc. ii, Aquæ fontan. unc. iv, adjecta gum. Arab. drachm. i. Id, inquam, vidi, quum pessimi coloris humor proflueret; intus ante omnibus, unde aliquid spandum, inutiliter datis.

Purgantia et Mercurialia non semper juvant. Ex usu semper cicuta et cortex Peruvianus.

Mulier quædam Charity, quum esset annorum triginta, eo usque in hoc malum incurrerat, ut singulis quibusque viginti quatuor horis tantum e naturalibus extillaret materiæ, quantum matellam impleret. Ejus quoque rei ipsem testis fui oculatus. E tanto profluvio cibi appetitia prorsus prostrata, viresque adtritæ sunt.

sunt. Haustum e decocto florū roris marini, cum laudano, et succino præparato, singulis noctibus sumpsit; et mane quotidie per hebdomadē bolum devoravit, ex rhabarbaro, succino præparato, et stillatitio florū chamæmeli oleo confectum. Tum deinde continuato usu electarii e visco querno cum albo crudo ex ovis, infusumque roris marini et millefolii per paucas hebdomadas potando, expedita est.

Plurimum profeci hujusce medicamenti ope; cuius si externa tantummodo spectetur facies, vix auguratus fueris in illo aliquid inesse boni.

Exitu nonnunquam prosperrimo in jentaculum imperavi cerevisiam Londinensem Porter, item cerevisiam generosam Brunsvicensem, et cum modico panis cibarii frusto veterem provinciæ Cestrensis caseum, qui ceteris omnibus palmam facile præripit.

## FLUXUS MENSTRUUS.

**M**ulieri cuidam honestæ, in St. James's-place, a frigore suscepto suppressa sunt menstrua. Nunquam illa tali affectu antea laboraverat. Cachectica evasit. Variis, quibus solicitaretur uterus, citra effectum administratis, aperto demum sub utroque genu fonticulo, simulque etiam in brachio sinistro, sublevata fuit. Etiamnum scaturiunt hi fonticuli (Sept. M,DCC,LI) per trium annorum spatium; quo temporis tractu ad periodos solennes, et ubere satis copia, profluxit sanguis.

## §.

Virgo quædam Rhodes, apud Drayton in Rutlandia, viginti annos nata, eodem fere die in menstruis esse cœpit, quo dissecaretur vena saphena. Præter hanc sanguinis cunctantis deducendi methodum, alia nulla illi unquam profuerat.

Puellam

Puellam trimulam quondam vidit frater meus, cui menses fluebant, perinde quasi jam pubesceret. Præproperæ huic fluxioni superfuit illa non ultra biennium.

## HÆMORRHAGIA.

**C**uidam Laston, apud Duddington in comitatu Northamptoniensi, sanguis fere quotidie per nares erupit. Eo natī omnes similiter dolebant; filiaque ejus a majore proxima, eodem affectu extenuata, diem suum obiit. Hujusmodi raro dantur exempla.

— Hay, tertiae cohortis prætorianæ tympanista, e quamvis levi plaga, ex ipsa profecto aciculæ punctura, sanguinem ita fundere solitus est, ut sæpius periclitatur vita. Styptica qualiacunque pro nihilo erant. Ultro semper cessavit profluvium. Quum leviter is quondam in musculo gastrocnemio vulneraretur, tanta repente incessit hæmorrhagia, ut interstitiis

G

ubique

ubique muscularum se sanguis ingereret.  
Istam omnino refrænavi hæmorrhagiam,  
dilatando in novem usque digitos quod  
acceperat vulnus ; id optime consulen-  
tibus Davide Middleton, Cæfare Hawkins,  
Joanne Clephan, aliisque nosocomii Sancti  
Georgii chirurgis ac medicis.

Iteratæ potiones salis cathartici amari  
Epsomensis plus sanguini fistendo confe-  
runt quam alia quævis laudatissima adstrin-  
gentia. Hoc debeo viro præclaro Frede-  
rico Hoffman, omnibus, quibus cara salus  
humana, carissimo.

#### HÆMORRHOIDES.

**T**Antus est nonnunquam huic ægri-  
tudini dolor, tanta itidem inflam-  
matio, tam valida depique pulsatio, ut  
vehementissima illinc oriatur febris sym-  
ptomata, delirium scilicet, &c. ; nihil  
ad ea amolienda valentibus, vel fotu,  
vel sanguinis detractione, vel hirudinibus  
adfixis,

adfixis, vel cataplasmatis, vel leni purgatione, vel etiam prona corporis positura. Sub quibus casibus, nulla apostematis futuri ratione habita, venas hæmorrhoidales latius aperio. Qui extrahitur fanguis, fere est concretus. Semel tantum mihi contigit emittere rubicundum.

Medicinam hanc expertus in amico quodam quadragenario, in altero sexagenario, in juvene viginti annorum, in centurione triginta sex annos habente, necnon et in alio in primis dilectissimo, præsentaneum omnibus remedium inveni; nec eorum quisquam valetudinis passus est recursum. Coaluerunt aperturæ intra diem octavum aut decimum.

Persuasum habeo, plurimas sic posse fistulas præcaveri, si tempestive satis in eam curam incumberent medentes. Melius certe res verterit, modo ne demittatur specillum in vulnus, neu penicillo aliquo idem impleatur.

## HYDROPS.

**M**ILES tertiae cohortis prætorianæ, nomine Sims, ex febre intermitente autumnali in hydropem deciderat anno M,DCC,LIX. Gravabant pariter leucophlegmatia et ascites. Pulverem, cuius subjicitur confectio, exhibui, unde largus est elicitus sudor; eodemque intra triduum ter repetito, is exinanitus est. Ut vero quam maturrime gangrenæ occurreretur, cuius jam signa in cruribus manifesta nimis se ostendebant, necesse judicavi corticem Peruvianum cum vino interdiu administrare; vespere autem pulverem præstare, ne aqua renascente suffocaretur. Interjecto tempore, reversa est febris, in quotidianæ formam mutata; cruribus quidem sub noctem tumentibus, at nulla alia remanente hydropsis nota. Per quatuor continuos

tinuos dies dedi mane semunciam cremoris tartari; quæ, justo vehementius purgans, copiosam citabat diuresin. Suapte sponte febris evanuit; et regimine roborante redintegratus est æger. Sequitur formula pulveris;

R. Pulv. scillæ arid. a gr. x ad xv.

Piper. nigr.

Sal. nitr.

singulorum gr. x.

Pulv. rad. ipecacoan. gr. v.

Op. pur. gr. ii. vel duo cum semiss.

Cum syrup. althææ, vel melle, formentur in pilulas, quæ habeant singulæ quinque grana, h. s. in lecto sumend. ex cochleari aquæ menthæ, vel spiritus vini Galici.

Nimia est sæpenumero hæc proportio; ut quæ tormina pluribus arceſſat, et validius purget. Sin autem cutis renesve medicinam ſentiunt, facili ea negotio in ſtomacho retinetur. Pulvis utrumne diureticus nuncupandus fit, an diaphoreticus, plane nequeo statuere; quum non fatis conſtet

confet per urinam plus polleat, an per sudorem. Circa effectus, quam proxime accedit ad pulverem sudorificum celebris nuper empirici Joannis Ward.

Miles alter ejusdem cohortis, ex his qui apud nostrates **Grenadiers** nominantur, leucophlegmatia per universum corpus tenebatur. Nulla præcesserat febris intermittens. Paucissima huic urina ; impeditissima respiratio. A supra dicto bis sumpto pulvere, totus undique sudore diffluebat, et urinam trium sextariorum mensura quotidie reddebat, usque donec siccatus fuerit. Viribus hoc pacto fractis, ad vicum Hampstead amandatus, ociosus convaluit.

Eodem pulvere restrictius exhibito, et hydropem abdominis, et anasarcam, aliquoties sustuli.

### §.

Bis sequenti medicamento aquam in hydrope ascite evocavi, viginti quatuor horarum spatio. Brevis ea fane molestiæ inter-

intercapedo; mox enim redundante hu-  
more periit vis medicamenti.

R. Gum. ammon. drachm. i. solut. in aqua puleg.  
unc. v.

Oxymel. scillitic. drachm. cum semiss.

Sal. ammon. crud. drachm. cum semiss.  
nitr. drachm. i.

Misce. Sumat cochlearia duo quarta quaque  
hora.

§.

Puer quidam Delaval, annorum fere  
novem, ascite liberatus est pilulis sequen-  
tibus, superbibendo animæ rhabarbari co-  
chlearium. Vide Wedelii Amœnitates  
Materiæ Medicæ; opus nocturna diurna  
manu versandum ab omnibus materiæ me-  
dicæ vere amantibus.

R. Pulv. gum. myrrh.  
ammon.

singulorum scrup. ii.

Extract. flor. chamæmel. drachm. i.

Ol. still. flor. chamæmel. gutt. x.

Elix. alo. q. s.

F. pilulæ, quæ habeant singulæ quinque grana.  
Sumantr tres bis die.

Pessime

Pessime habuerat hic puerulus per sex menses ; aliaque ex alia methodus, qua in integrum restitueretur, frustra erat tentata. Jussi ut equo quotidie, quum per cœlum liceret, veheretur. Octantem quoque cerevisiæ Londinensis, cum vetusto provinciæ Cestrensis caseo, panisque cibarii frusto, in cœnam concessi.

## §.

Contra asciten, sive adest leucophlegmatia, sive non adest, efficacius præstat auxilium compositio sequens quam alia ulla mihi hucusque aut nota aut exco-  
gitata ;

R. Cremor. tart. drachm. vi.

Pulv. rad. rhabarb.

Spec. aromat.

singulorum drachm. i.

Oxymel. scillitic. q. f.

F. confectio tenuior ; cuius sumatur cochleare parvulum ter quaterve intra viginti quatuor horas, ita ut alvus ad tres vel quatuor vices soluta respondeat.

Gulielmus

## §.

Gulielmus Thomson in Leicester-square  
ascite cruribusque tumefactis ægrotabat.  
Multas per integras tres hebdomadas ex-  
pertus sum remedia; nullo fructu. Ac-  
citus est Joannes Ward: cuius pulvis su-  
dorificus quum neque sudori neque urinæ  
promovendæ quidquam conferret, idem  
ille pilula sua purgationem instituit. Ne-  
que id felicius. Deinde dedit e guttis  
quas diureticas nuncupavit; quæ, quan-  
tum ex gustu conjectare licuit, nihil aliud  
mihi visæ sunt quam lixivium vulgare,  
cui, populum concinnius fallendi gratia,  
color arte immutatus fuerat. Harum de-  
cem, quindecim, viginti, quadraginta,  
etiam ad octoginta, diei unius spatio in  
herbarum infusione sorbebantur, citra ulla  
etiamnum sanitatis reddituræ signa. Ex-  
eunte tandem tertia hebdomade, res in  
melius mutatae. Urinæ plus plusque in  
dies profluxit; in pristinumque restitutus

H

est

est æger diebus circiter quatuordecim, ex quo primum occipisset diuresis. Prospera duobus tribusve annis usus valetudine, morbo demum acuto ruri correptus, quod naturæ debuerat persolvit. Accepi, periiisse illum jecinoris inflammatione.

Ex illo tempore adhibui eodem plane modo lixivium tartari, vel lixivium saponarium, adjecta elixiris aloes, vel extracti rhabarbari aut chamæmeli, octava parte, pluribus in casibus, ubi crura fuerint intenta, ac venter ita intumuisset, ut, si leviter manu pulsaretur, mota intus aqua facile sentiri posset; copiosamque inde diurefin citando multos explicui.

Joannes Ward guttis diureticis sæpe usus est in hydrope, exitu secundo. Nunquam mihi evenit, nisi in casu supra positio, earum rationem cognoscere.

Multa sunt hydropis exempla cum facie decolore ineuntis. Ibi parata ex rhabarbaro cum salibus alkalinis ac diureticis  
quam

quam citissime sanant; maximeque si ex fortioribus amararum radicum, herbarum, et florum infusis, administrentur.

## §.

Militem tertiae cohortis prætorianæ ex hydrope pectoris ad salutem reduxi, tribus aridæ scillæ et decem rhabarbari granis, cum scrupulo theriacæ Andromachi, in bolum coactis, perque decem aut duodecim continuas noctes hora somni devoratis. Hinc mota est potenter urina.

Cavendum erit, ne temere hic morbus cum asthmate confundatur. Diagnostica apud Baglivium invenias.

Quinque talium hydropicorum, quos omnes ad signa Baglivana nutrieram, aperui cadavera. In singulorum thorace frequens est repertus humor. Quæritur, an istiusmodi in casibus e cavo pectoris emitti oporteat aqua. Lingua, ab extima parte ad imas usque radices, fere nigra est, vel cum livore quodam rubicunda. Adsunt

insuper strangulationis signa minime temnenda.

Paracentesin bis feci in pectore, praesentibus anatomicorum principe Gulielmo Hunter et aliis. E laborantium uno ingens prodiit materiae purulentæ vis; ex altero genus quoddam feri viscidi. Utique supervixit operationi sex hebdomadas; sed fato demum functi sunt, plus passi ex aere frigido ingrediente ac regrediente, quam vel a febre, vel a statu depresso. Cui, serum emiseram viscidum, illi viginti quatuor horarum spatio conciderunt venæ a centum triginta pulsibus ad septuaginta, vel infra, ibique ad vitæ metam perstiterunt,

§.

Equiso quidam Thorpe, quinquagenarius, poculis largioribus indulgendo hydropticus juxta et asthmaticus evasit. Hisce malis per complures menses colluctatus est; facie livida, cibi cupiditate prorsus nulla,

nulla. Autumnum versus mirum in modum turgescebat. Cruribus oborta sunt ulcuscula, tanto cum pruritu, ut nunquam non scabendo non posset temperare. Hinc plurimus effluxit ichor, qui summos etiam calceos exsuperavit. Tum evanuere singula morbi symptomata; incessit rabies edendi; salusque amissa brevi recuperata est,

## §.

E fide dignissimis comperto, in India Orientali speciem esse hydropis, quæ illico unguento mercuriali concedit; in annum induxi, idem hic fortasse terrarum fieri posse. Expertus sum in milite; expertus in remige. Neque huic, neque illi, minima erat plagæ venereæ vel praesentis, vel praeteritæ, nota. Fefellit utробique consilium. Cessit ex sententia in milite alio Fullingham, cui jussi perungi femora: at venus illi immunda morbum conciliaverat,

## §.

Hydropsis species quædam est, cui obnoxius uterque sexus circa annum ætatis quadragesimum vel quinquagesimum, quæque fugari potest non nisi sanguine detracto, victu tenui, medicamentisque antiphlogisticis. Multos vidi hoc genere affectos. Quum, ad celerius subveniendum, sanguinis missionem hortatus sum, me mirati fere sunt adstantes tanquam rem inimicam præcipientem. Sed id commode respondere experimenta plura testantur. Inter paucos qui hujus curationis meminerunt scriptores, eminent Thomas Lawrence, cuius elegans voluntatur Disputatio Medica de Hydropoe,

## I N S A N I A.

**I**N hac mentis nostræ atque rationis tam lugenda ruina, primus omnium (quantum scio) Fredericus Muzellius tartari solubilis usum scriptis commendavit.

Hujus tartari beneficio, ad auctoris præceptum exhibiti, tres tertiaræ cohortis prætorianæ milites ad sanitatem revocati sunt. Priori supervenerat insania, a frigore post illitum liberalius mercurium admisso; alteri, a gravibus commilitonis cujusdam iictibus, et accepta contumelia. Qua de causa insanire crederetur tertius, nescitur. Singuli furebant, caneabant, diras fundebant, &c. fine febre.

§.

Ante editas Muzellii observationes, homo quidam e dica diutius tracta in maniam

niam actus, sanatus erat a Gulielmo Battie,  
largis datis tartari regenerati vel salis diu-  
retici potionibus, interpositis quotidie ex  
intervallo potionibus eorundem parvis.  
Adi fis tractatum ejus ingeniosissimum.

Ab eodem vidi quoque mulierem ho-  
nestam simili modo sanari, addito gummi  
fagapeno, &c.

Et aliam quoque contigit cernere ab  
eodem restitui, ejusdem salis ope, et so-  
lutione gummi ammoniaci cochleatim  
subinde exhibita. Ex traduce erat hæc  
infania, et decurso biennio rediit, sed le-  
vius.

Præter eos quos memoravi, vidi ad tri-  
ginta alios eadem medicina ad sanam o-  
mnino mentem reduci.

Taliū fere medicamentorum usu, in  
melancholia et mania pellenda, vir ille,  
arte sua insignis, cum maxima fama ma-  
ximas opes conquisivit.

Interfui quondam, ubi mulier, a partu infaniens, decocto corticis Peruviani et vi-  
no compos sui facta est.

Præsens quoque vidi, qum infania,  
quæ febrem autumnalem irregularem ex-  
ceperat, eodem cortice solo ex toto tolle-  
retur. Vide quæ super re tali scripta re-  
liquit optimus Sydenhamus.

### LACTIS UTILITAS.

**G**eorgius Burton Uppinghamiensis,  
annos circiter duodecim natus, pro-  
xitate habitior, et, nisi quod negotium ei  
lumbrici nonnunquam faceferent, bona  
fatis fruens valetudine, acuta calebat febre,  
cum pulsante quodam circa scapulas dolore.  
Mansit per tres hebdomadas illud sym-  
ptoma ; quibus elapsis, invasit surditas.  
Sudores quoque nocturni sic premebant,  
ut tanquam colliquefactus adolescentulus

jaceret. Medicamenta imperata sunt per quam idonea ; quæ tamen ut sumeret, illi nullo modo persuaderi potuit. Hortante fratre meo, e vicinia quæsita est quæ lactabat nutricula. Isthæc, mammam dissentam præbendo, omnem medici opem brevi supervacaneam reddidit.

Aliud lactis utilitatis exemplum supra invenias, p. 37.

#### L I P P I T U D O.

**F**UMO tabaci ducto depulsa primum est, idque celerrime, lippitudo juvenis Uppinghamiensis Hill. Ab illo tempore, si per pauculos etiam dies is tubulo parum diligenter operatus erat, continuo lippiebat. Rursus arrepto tubulo, quum primum ex fumo ducto sputum edi incepisset, certo is facile et mature revaluit.

## L U E S V E N E R E A.

**V**ARIIS signis cognoscitur nefanda  
hæc lupanarium propago: E cancris  
in glande, in præputio, et nonnunquam ad  
ipsas radices penis; e bubonibus; e ton-  
fillarum, aut palati, eique junctorum par-  
tium, exulceratione; e pustulis per cor-  
pus fusis, in primis ex iis quæ in fronte  
emicant, vel ad loca corporis maxime pi-  
losa; e doloribus nocturnis, supraque offa  
et circa articulos tuberculis duris; ex ver-  
rucis in glande vel præputio; e rhagadibus  
ad anum; ex ossibus palati aut nasi pu-  
trescentibus; ex ipsius denique calvariæ,  
nec raro tibiarum, ossiumve cæterorum,  
carie.

Hoc symptomatum tam terrificum ag-  
men facillime in fugam vertitur, nulla sui  
colligendi facultate data, si singulis nocti-

bus duo unguenti mercurialis scrupuli fe-  
minibus per semihoram ante focum illi-  
nantur. Id autem ita fieri debebit, ut a  
pudendis et inguinibus, præcipue ubi jam  
adsunt ulcera vel bubones, omnimodo  
abstineatur. Quamdiu non ulla exulce-  
ratione lœduntur gingivæ, sedulo infri-  
care perstandum est, donicum a viginti  
ad quadraginta drachmas absumptæ fue-  
rint. Sub primis quindecim inunctionibus  
drachma corticis Peruviani quotidie devo-  
randa est, cum oleribus abunde, aurantiis,  
aliisve tempestatis locive fructibus ; at  
vero alteris quindecim inunctionibus in  
dies bibatur sextarius decocti sarsaparillæ,  
qui sextarius ternas habeat ejus radicis  
uncias. Quum salivæ per argentum vi-  
vum proritatio non omnino sit necessaria,  
eam saepius effugere licet per diætam modo  
propositam, per crebro mutatum aerem  
vel loca, vinique interioris notæ usu mo-  
derato.

Hæc

Hæc breviter dicta sunt, quæ uberius et fusius in eo libello differuntur, quem olim lingua vernacula de morbo hoc perniciosissimo separatim feci. Ad illud volumen, si quid hic deesse videtur, lectorem delego.

## L U M B R I C I.

**A**NNO M,DCC,XLIII, mulier quædam Sharmont, Uppinghamiæ degens, quarto post puerperium die sævissimis correpta est vomitionibus. Immodicus his supervenit lochiorum fluxus. Hinc tanta virium jactura, pulsusque adeo celer, exilis, atque inæqualis, ut in summo discrimine constitueretur ægra. Septimo die lumbricum illa teretem rejicit, aliosque duos post paulo demisit. Quinque pulveris stanni Cornubiensis drachmæ ex theriaca propinatæ sunt, eo quem posuit modo jam ante laudatus (p. 7.) magister

gister meus Carolus Alston. Prima hac exhibitione fræni vomitionibus injecti sunt, ad earum coercitionem inutilibus antea tam opiatis quam anti-emeticis. Duabus omnino pulveris ejusdem consumptis unciis, vomere desitum est; eodemque temporis momento coercitus quoque est lochiorum fluxus.

Mulierem aliam White, apud Wing Rutlandiæ vicum, quum quartum jam mensem ventrem ferret, ciborum quos ceperat omnium vomitus infestabat. Sanguis iterum iterumque missus, purgantia, anti-emetica cujusque generis, acida, quæque iis contraria sunt, eam nihil juvabant, nisi quod linguæ bubulæ infumatæ exiguum quiddam a stomacho quandoque retineri posset. Hoc modo tribus se habuit hebdomadis. Incidit tandem suspicio lumbricis eam exerceri; ideoque pulvis stanni Cornubiensis exhibitus est. Cujus post devoratam non amplius semunciam, ad salutem

falutem pervenit ; et, actis demum mensibus, onus suum maturum, perscitum puerum, in gremium læti patris effudit.

## M O R B I L L I .

**E**NIXA est quædam Skellion die Martii decimo octavo M,DCC,XLVII ; nec ibant lochia. Sexto a partu die offenderunt se morbilli, cum symptomatis præter solitum vehementibus in illa aeris constitutione. Spiritus difficultas ad strangulationem fere. Extractus est e brachio sanguis ; unde mirum in modum huic symptomati occursum est. Septimo a partu die (secundo vero ab eruptione) morbilli penitus evanuerunt, nec denuo redierunt. Nono die integritas. Decimo quarto res secus cessere : et dolebat caput, et spiritus iterumurgebat. Venam saphenam ad uncias quinque fluere feci. Hinc omnia delinita ; at lochia adhuc restricta.

Postridie

Postridie sale cathartico amaro et rhabarbaro purgatum est. Inter purgandum, ferruntur debito more lochia; et omni malo mulier feliciter expedita est.

## §.

Ex eo quod ægrotantibus e variolis auræ liberioris usus prosperrime vertit, opinati sunt haud pauci, et eos quoque, qui morbillis laborant, recte, dum producent maculæ, sub dio versari. Falluntur hi valde. Id enim gravius multo periculum efficit: immo vero mihi videtur mortem sæpius intulisse. Etiam quum hoc curandi genere utentibus maxime feliciter res cesserit, iteratæ sanguinis detractiones, regimisque aspergium antiphlogisticum pluribus mensibus continuatum, ægros male mulctatos ab interitu vix vindicant. Contra ea, ego semper commoneo, ut in lectulo se contineant qui mihi traditi sunt; hisque singula interdico, quibus impediri minimum queat macularum eruptio.

## PARONYCHIA.

**A** Secto nimis introrsum ungue, vel clavo pedis, ortam paronychiam nunquam vidi, nisi aliquo intus in sanguine substante vitio. Neque unquam impositum aliquid ex iis quæ digerunt, vel fificant, prodeesse novi, ante iterum tertioque factam purgationem. Hinc subitanea fere semper ac melior rerum inducitur facies. Ubi semel inflammatio sublata est, si curiose satis excisus fuerit unguis, adhibitum linum, balsami traumatici gutta imbutum, binis ternisve diebus prorsus medebitur. At si dolor inde concitetur, vel nova succrescat inflammatio, tum demum usurpanda sunt digerentia, locusque calidis curationibus tantisper fovendus, dum balsami vim fificantem ferendo par sit. Quo facto, mo-

mento quasi horæ, finitur malum. Pulvis jalappæ cum alterantibus ex mercurio, vel iis nullis, humores præ omnibus corrigit ac purgat.

### PULPA COLOCYNTHIDIS.

**F**EMINA quædam Syftmey, apud Beebrooke Rutlandiæ vicum, annos nata duo et viginti, hausto pulpæ colocynthidis ex cerevisia infuso, verminata et purgata est vehementissime. Ad annum quinquagesimum tertium proiecta, dolore adhuc intestinorum, necnon affidua in regione umbilicali pulsatione, eo usque torquebatur, ut prostrato in ventrem corpore cubare ac dormire necesse haberet. Anno ætatis tricesimo octavo, semper quum menstrua ferrentur, quæ justis sane temporibus, at exigua copia redibant, magnam vim sanguinis ore reddiderat;

pau-

paucisque post diebus, cruenta, concreta, graveolentia rejicit. Ab anno quadragesimo octavo ad quinquagesimum secundum menstrua rite provenerunt. E carnium genere stomachus nihil retinere potuit. Has quidem comestas dolores intolerandi ac vomitiones sequutæ sunt. Cibi calidi, aromata, et acida, in primis offendebant. Pergrata jura pinguia, victus lacteus, ac butyrum. A medicamentis auxilii nihil. Gravissimas denique de pulpa colocynthidis querelas continui dolores continententer eliciebant.

## R H A B A R B A R U M.

**N**ULLUS dubito, quin parata ex rhabarbaro, ni sero nimis usurpentur, cunctas fere infantum, æque ut ipsum simplici forma rhabarbarum, febres hæticas sanaverint, sive venter distensus est,

five non. Inter notiora in hunc finem comparata pharmaca nihil prius habeo quam animam rhabarbari Wedelii. Fe-  
licius tamen rem gero pulvere antihe-  
ctico, cuius formulam videre est ad cal-  
cem Inquisitionis Novæ de Febribus, quam  
paucis retro annis vernaculo sermone con-  
scriptam in lucem edidi.

## §.

Miles tertiae cohortis prætorianæ e fe-  
bre, ut videbatur, inflammatoria, in quar-  
tanam decidit. Quartana vicissim in hy-  
dropem abdominis et crurum degeneravit.  
Continuato in decimum diem medica-  
menti sequentis usu liberatus est;

R. Pulv. rhabarb.

Sal. tartar.

singulorum scrup. ii.

Infus. flor. chamæmel. unc. iii,

Misce. Sumat jejunus mane,

Idem

Idem pauperculæ cuidam prope Queen's-square, Westminster, supervenerat morbus a fluxu lochiorum immodico post partum difficultem ; eodemque modo sanitas restituta est, nisi quod illa ex infuso herbæ marrhubii albi, miles autem ex infuso florum chamælinorum, medicamentum sorpserat.

Pari ratione sanavi militem senem ex-auctoratum, cuius valde distensus erat venter. Adficiebatur is ictero ; at nullus aquæ motus a digito contrectantis percipi potuit.

§.

Filio quinquenni tympanotribæ principis tertiae cohortis prætorianæ intumuerat venter. Aderat et febris hectica, qua acerbissime acceptus fuerat per multos menses. E vestigio convaluit, hausta Sydenhami rhabarbari ex cerevisia tenui infusione. Cerevisiæ tenui prætulerim vi-num album aquæ admistum, quippe tardius

dius acescens, magisque stomacho gratum  
ac benignum.

## §.

Mulieri Pridmore, apud Morcott Rutlandiæ vicum, annos habenti viginti octo, ex partu difficulti, retentaque per biduum placenta, nimius erat lochiorum fluxus. Huc accedebat cachexia cum febre. Uroscopi monitu corticem Peruvianum liberalius devoravit. Alvi supervenit profluviū, itemque abdomen tumefactum; unde vires adeo imminutæ, ut e lecto surgendi facultas non daretur. Invenit eam frater meus et hydrope et ventris fluore laborantem. Jussit viginti quinque rhabarbari grana, cum oleo cinnamomi et menthæ in bolum coacta, altero quoque mane devorari, vespere autem opiatum ex aqua cinnamomi exhiberi. Sub finem tertiacæ hebdomadis, omnia in tuto posita sunt. Ad vires collapsas resarciendas vinum datum est diureticum, cum pilulis e limatura

limatura ferri non rubiginosi, simul et amarorum extractis. Insignis qui torquebat in intestinis dolor ex toto sublatus est usu balsami Peruviani, saccharo, sicut præcipit Sydenhamus, albidissimo instillati.

## RHEUMATISMUS.

**E**NIMIO cœli ipsius humore, e dabus lautioribus, ex cerevisiarum spissitudine, et incuria de amictu plane singulari, incolæ meridionalium hujuscæ insulæ partium rheumatismo super alios obnoxii sunt. Qui rheumatismus aliam atque aliam postulat curationem, pro statu corporis, quum morbus id primum prehenderit.

In genere inflammatorio, cui febris adest cum arteriarum pulsu duro atque æquali, ubi dempto sanguini coriaceum est crassamentum, affiduisque doloribus vexatur

vexatur totum corpus, membra in primis, quæ tumore sæpius correpta neque se flectere, neque omnino flecti possunt; sanguinis missio, cum diluentibus, ac regimine antiphlogistico asperiore, trumperet hebdomadarum spatio in columitatem præstant, maximeque si inter principia ægrum male habuerint universi corporis dolores.

In genere bilioso, nec durus est pulsus, nec æqualis; dolores non constant; nec tumor aliquis membra corripit. Adversus hoc genus, tum propria experientia, tum ex aliorum observatis compertum habeo, sales neutros cum rhabarbaro inter optima esse præsidia; bilem enim, nisi si quod peccat acrimoniam appellare mavis (non labore de nomine) præ omnibus potenter ac celeriter ex habitu educunt.

Est et aliud genus, quod spasmodicum cognominarem, quo scilicet pars quædam corporis

corporis convellitur, arctiusque contrahitur; dorsum puta, cervix, aut humerus. Et verius id quidem statis temporibus reverti dici potest, quam unum atque eundem tenorem servare. Perraro sanguis crassamento coriaceo obtegitur: pulsus parum turbatur. Pendet præcipue curatio ab opiatis rite administratis, ab idoneo pulveris valerianæ silvestris usu, vel ab apte adpositis vesicatoriis.

Quatum porro est genus, fonticulis solis amovendum. Quibus hoc genere ægrotantibus fonticuli, quacunque de causa antea facti, post exaruerint, iis tandem necesse est ut denuo aperiantur, siquidem nullo alio pacto sit sanitas recuperanda.

Supervacaneum forsan videbitur meminisse, dolores a lue venerea provenientes sæpen numero pro meritis rheumaticis falso haberit. Tales inuncto mercurio, in modum tamen quem ultra progredi fas non

L est,

est, vel haustis fortibus radicis sarsaparillæ decoctis, certo, tuto, cito pelluntur.

Arthriticam quandam rheumatismi speciem videre plus semel contigit, cuius de natura aut curatione me prorsus nescire confiteor; doletque, miserorum laborantium ergo, alios cernere de arte medica optime merentes juxta mecum ignorare. In hoc tamen ipso, sicuti et in genere inflammatorio, post alia multa inani opera experta, plurimum profeci hac compositione;

R. Aquæ fontan. unc. vi.

Sal. nitr. drachm. i.

Tinct. antimon. acris (Pharmacop.

Parif.) drachm. i.

Spec. contrayerv. drachm. semiss.

Sacchar. alb. drachm. ii.

Misce. Pars quarta sumatur sexta quaque hora.

Adolescentula quædam, neptis ministræ primariæ honoratissimi Comitis de Gower, ex rheumatismo, quo per sex menses laboraverat, ad salutem reducta est saccharo potissimum aconiti Stoërkiano ; idque post optima nostrorum consilia irrita sæpius atque elusa. Eodem saccharo ex intervallis parva copia exhibito sanavi Thomam Hayes apud Richmond-park Lodge, cui medicamenta nulla unquam profuerant. Effusissime sudavit uterque æger.

Kal. Julii 1782.

DE Catarrho contagioso, qui, dum hæc super rheumatismo typis mando, levior esse incepit, pauca quædam in transcursu sunt attingenda.

Mense Maio, et ad finem usque Junii, in hac urbe, in agris, et per omnes fere boreales Europæ populos, febris sæviebat catarrhalis ; quo morbo nunquam vidi magis epidemice graffantem. Non enim illa optimatibus, neque infimæ fortis plebi pepercit, neque qui-

bus magis erant validæ fibræ, neque quibus infirmiores. Quare hunc occupaverit, illum intactum reliquerit, tot licet inter ægros per hebdomadas quinque versatus, nondum didici. Ii certe quorum maxime purum videbatur temperamentum, quibusque humores haud ita facile fervescebant, malo minimum opportuni erant. Ex convictu aut societate de corpore in corpus fluxisse non videtur.

Qui ex recentioribus longe luculentissime de morbis epidemicis differuit, medicus præclarus Joannes Huxham, inter insignia alia innumera, verbis utitur sequentibus, quæ ideo exscribo, quia ad hujusmodi malorum initium, et causam, et ingenium explicandum, cum maxime faciunt:

“ Ex humida valde et minus elastica aeris  
 “ constitutione,” inquit ille, “ sanguinis len-  
 “ tor nimius producitur facile; unde circu-  
 “ latio per vasa minima haud expedita, per  
 “ majora autem debito rapidior, eaque aucta  
 “ plurimum a suscepto frigore, perspirabile  
 “ subito reprimente. Unde paroxysmus se-  
 “ quitur febriculosus; qui tamen brevi fa-  
 “ cessit, amotis nimirum repagulis, et con-  
 “ sequente sudore, nisi aut sanguis sit lentus  
 “ valde aut viscidus: tunc enim vel putrida  
 “ ac

" ac lenta febris, vel ardens ac vehemens,  
 " subsequitur; prout nempe fibrarum tonus,  
 " magis minusve elasticus, et status humo-  
 " rum disposuerit." Observ. de Aere et Mor-  
 bis Epidem. p. 20.

Atque ita quidem hac tempestate res se  
 habuit. Primas ingruentis mali significa-  
 tiones dederunt, suscepitum quasi frigus, ster-  
 nutamenta, narium fluor, raucedo, cum tussi,  
 sputo, spiritibusque animalibus dictis plus mi-  
 nus affectis.

Ex tot hominum millibus, per regiones dis-  
 junctissimas simul correptis, satis constat, halitum  
 quendam, seu auram malignam, cœli tra-  
 ctu corrupto, mortalium corporibus incubuisse.  
 Unde horrores extiterunt, vagique per membra  
 in aliis, et in aliis per corpus universum do-  
 lores, atrox insuper cephalalgia, necnon in  
 plurimis animi defectus, ab eo haud multum  
 discrepans, qui putridi generis febres antecedit  
 et comitatur; quæ fere symptomata una cum  
 tussi dura morbi curriculum absolverunt. Nec  
 is fane diutinus erat, si modo tussim excipias,  
 atque animi defectum, quæ, ceteris submotis  
 symptomatis, multos adhuc infestos habebant.  
 Major namque pars ægrotorum, post calidas  
 hora somni et diluentes epotas potiones, co-  
 piosius

piosius infudando, brevi confirmati sunt; quod et nonnullis contigit sine his.


Morbus, quantum ad vim ejus spectat, sudorem Anglicum referebat, similique ratione solutus est intra triginta sex, vel octo et quadraginta horas. Non omnibus tamen æque feliciter res vertit. Ubi enim aliæ quævis causæ vel sanguinem in nonnullis æquo spissiorem reddiderant (in iis præsertim vegetis, qui medium exceperant ætatem) vel succos in aliis putridos effecerant; ibi vitium in talibus conceptum mephitica aeris constitutione in motum cieri videbatur, inque peripneumonias, phrenesin, aut febres putridas erupit. Horum ægrorum alteri totas regiminis antiphlogistici vires desiderabant, cum sanguinis detractione, salibus neutris, diluentibus, summaque abstinentia; alteri autem methodum antisepticam rigidissimam, vel medium quoddam iter, quo tamen itinere maxima nonnunquam inflammationis symptomata protinus in putredinem confederunt.


Mali vehementiam omnem perpeccus, tam de his loquor quæ ipsem sensi, quam quæ oculis fidelibus subjiciebantur. Sanitatem aliquot ante hebdomadis lætus recepi,

Varians Columnæ Mercurialis altitudo,

mensis MAIJO 1782,

Ex Automato Barometrico ingeniosissimi viri ALEX. CUMMING.





eo lætior, quod cives undique exultantes cernerem propter pulchram illam et spectabilem de Gallis reportatam victoriam navalē, Rodnæo duce, quem nulla tacebunt secula, cuius ad lectum, iniqua valetudine conflictantis, noctesque diesque sæpenumero adstitti.

Vos medici clari Petropolitani, Berolinenses, et Vindebonenses, apud quos caput suum primum extulit hæc contagio, historiam ejus, eique regimen idoneum impertimini, ut mutuis in unum collatis observationibus, eandem, si denuo redeat, minus formidolosam reddamus; ex ea etenim, in partibus insulæ nostræ demissis et uliginosis, plurimi occubuerunt. Illud interim lætandum est, eam nos verno tempore invasisse, quum magis ad inflammationem inclinarent corporum succi quam ad putrorem.

## SALIUM USUS INTERNUS.

**A**R T I S chemicæ peritis historiam corporum salinorum permittimus, ut et illorum divisionem in simplicia et composita, acida et alkalina. Ad eosdem relegamus acidorum subdivisiones, quas vocant, in vitriolica, nitrofa, muriatica, et vegetabilia; alkalinorum rursum in fixa (sive vegetabilia, sive fossilia) et in volatilia. Penes eosdem itidem esto salia neutra definire, quibus neque acidi insit neque alkali vis, de ceterisque omnibus speciebus, in quas salia distribuere placuit, subtiliter commentari.

Mihi satis est summatim observare, substantias salinas locum principem tenere in omnium fere morborum sanatione, tam acutorum quam longorum; quiique illas pesciat utrobique administrare, hunc ex ordine medico esse movendum.

Neque

Neque solus ego de salibus sic censeo. Scribit Fredericus Hoffman, chemicus illustris, idemque medicus experientissimus, ex omnibus medicamentorum generibus, varia etiam arte conquifitis, nulla dari usui medico, in morbis tam avertendis quam tollendis, singulariter accommodata, quæ cum salibus comparari possint; neque ex hisce omnibus ulla esse putat, a quibus major virtus, salus, et tutior medendi ratio, peti et expectari possint, quam ab iis quæ mediæ indolis sunt, et Neutra vocantur, adeo ut omnis fere, quæ a medicamentis defideratur, virtus, etiam cathartica, in iis resideat. Vide ipsum De salium medium excellente in medendo virtute. His subjicere libet, talia, siquid aliud in rerum natura, vitale illud quæsitum alkalhestum continere.

Haud inferior, salinis corporibus certas quasdam a medicis nostratis et chemicis

M

concedi

concedi virtutes. Nequeo tamen quin constanter adfirmem, istiusmodi corporibus meritas suas laudes nequaquam obtigisse, utilitates eorum magnas multasque non abunde monstratas esse, neque ingenia atque discrimina explanatae satis determinata.

Medicos conspicuae alias famae semel atque iterum vidi, qui salium neutrorum purgandi tantum respicientes vim, magno habuerunt in pretio sal Glauberi, Epsomense, vel Rupellense, posthabitum omnino sale polychresto, tartaro solubili, tartaro regenerato, vel sale diuretico Pharmacopœiae Londinen sis: quæ ipsa quotidiano prope usu comperio febres multas putridi, nonnullas inflammatorii generis, haud paucos etiam ex morbis iis qui ægros diu ac pessime habent, radicitus tollere.

Enimvero, si primæ erunt solum purgandæ viæ, aut alvus compressa fortiter solvenda

solvenda est, sal Glauberi, Epsomense, vel Rupellense præcipio; sperato tamen potissimum commodo pro majore vel minore stercorum copia. Quod si corpus volo solutum servare in pleuritide, peripneumonia, phrenitide, aut alia qualibet febre inflammatoria, sal polychrestum per se impero, vel nitro conjunctum, pro ratione febrilis æstus dejectionumque desideratarum.

Si viscidos humores, aut bilem tenacem, resolvere animus est, tartaro utor solubili, crystallis ejusdem, aut cremore. Si major accessit putredo, uberiorque ciendus erit urinæ fluxus, ad tartarum decurro regeneratum. Si denique fanguinis insignem aliquam, ut in hæmorrhagiis, ebullitionem cohibere cupio, vel progredientem putredinem, nimiamve succorum resolutionem, valentius compescere, fit statim transitus ad tartarum vitriolatum ex præscripto Pharmacopœiarum.

## SANGUINIS

## SANGUINIS MISSIO.

**P**Hysiologos inter et prácticos diu acriterque controversum est, an ex sanguinis emissi facie certi aliquid innotescat de magis accommoda curandi ratione, sive de venis iterum necne incidendis. Hi profecto disputationes, dum theorias inter se diversissimas scriptis innumeris stabilire student, pene omnes mihi videntur facta medica aut omnino prætermisiffæ, aut sua ipsorum experimenta in aliud detorsiffæ.

In nosocomiis apud Gallos vidi quasi rivos sanguinis profundi, repétitamque toties venæ incisionem in morbis quam maxime putridis, ut ægri jam jam morituri viderentur. Ipse contra crebra detractione plurimos a morte eripui, ubi scilicet sanguis magnopere viscidus talem detractionem flagitare videbatur. Animo autem

autem meo hisce omnibus in casibus satis semper supraque factum est, dum id agerem, quod adstantes, si non temerarium inconsultumque ducerent, saltem improbarent.

Mulier quædam Clarke in New-street Covent-garden morbo laborabat, cui signa omnia erant summæ inflammationis, nisi quod dempto sanguini, qui laxioris erat contextus, super incumberet cærula quasi membranula. A venis iterum secandis sedulo temperavi. In febrem intermittentem malignam subito morbus conversus est, cui cortex Peruvianus remedio fuit, ex eo statim temporis puncto, quo febris indolem symptomata ostendebant.

At longe aliam ingredi visum est viam, ægrotante Ludovico Stanislao De la Rochette. Huic arteriarum erat pulsus æqualis, nec febrem celeritate, nec plethoram duritie indicans; dolor vero obscurus in sinistra parte abdominis sentiebatur. Respiratio

spiratio facilis et libera illæfos pulmones et pleuram arguebat. Extractus sanguis, summopere viscidus, crustaque coriacea obductus, ex familiaribus ejus peritissimum chirurgum admonuit, periculum instare. Venis iterum iterumque incisis, falibus neutrīs, et mediocriter purgantibus sæpius administratis, anxiis tandem reddidimus amicis virūm ingenio jucundo, varia eruditione, morumque singulari comitate insignem.

Ex sententia Bellini, sanguis mittendus est in nullo non morbo, ubi vel copia ejus minuenda est, vel velocitas augenda; vel æger est refrigerandus et humectandus; vel aliquid vasis adhærescens movendum et auferendum; vel ubi particulæ quæ sanguinem componunt, magis inter se miscendæ sunt, aut immutandæ.

Ut rem in pauca conferam, quicunque medicus jacentium lectos accedit, nescit que venæ incisæ mechanicos in laticis sanguinei

guinei texturam effectus ; aut qui temere in animum induxerit, nullas esse de curatione colligendas significationes ex crasfamenti ejus et seri colore, vel ex partium tenuitate aut lentore ; is medius fidius ab omni morbo inflammatorio, ut et a plerisque putridorum curandis, in totum abstineat.

Excruciabatur hernia humorali juvenis illustris. Sanguis ad duodecimam usque vicem detractus, alimentaque vix ulla concessa, pulsus celeritatem aut duritiem haudquaquam minuebant. Incisionibus decima tertia et quarta, animo cum deficiente, febris soluta est. Per totum morbi decursum nullum passus erat spirituum languorem. Binis ternisve post annis febri putrida correptus, animumque, ut in ejusmodi morbis consuevit, despondens, ne unam transfigere noctem ausus est, nisi medico propter adsidente. Convaluit sine sanguinis missione.

S O M N U S .

## S O M N U S.

**C**onvenit inter omnes, nihil magis ad hoc usque tempus in medicina desiderari, ut submoveantur multa gravissima mala, quam somni arcessendi facultatem. Mille, ut verum fateamur, ducentis abhinc annis, ævo nempe Aretæi Cappadocis, tantum fere de hac re innotuit, quantum summis obtigerit hodiernis magistris.

Quidquid sanguinem circumeuntem nimium propellit; quidquid nervos crebrius aut fortius agitat; quidquid perspirationem Sanctorianam, sive noctu sive diu, quam minime cohibet; quidquid flatum intestinorum gignit; quidquid denique ventriculum prægravat, vel conditionem quomodocunque impedit; ea singula, magisque multo si inter se nexa et jugata,

jugata, vigiliarum in causa sunt. Et alia sunt quædam, non satis a medicis intellecta, quæ somnum similiter prohibent.

Si adeſt febris; vix dicere eſt, quantum molestiarum, angoris, ac periculi, e vigiliis oriatur. Ubi ea eſt nulla; quis non vidit, quam misere ſpasmis nervi turbentur, quamque gravia afficiant ſymptomata hysterica, hypochondriaca, melancholica, et maniaca, deficiente per membra placidæ quietis irrigatione?

Alibi meminimus tartari ſolubilis vim præclaram febrentibus ſomnum conciliandi, rationemque oſtendimus qua ſit id exhibendum. At vero præ tartaro ſolubili, præque omnibus adhuc repertis ſoporiferis, Pilulæ Stomachicæ, jam ante memoratæ, ſuaviter conſopiendi virtute præditæ ſunt, ultra quam niſi expertis credere liceat.

## V A R I O L A E.

**E**T S I variolarum naturæ nova multa  
hac ætate adfusa sunt lumina, unde  
in illis curandis, sive inferendo arcessitæ  
sint, seu suapte sponte advenerint, no-  
strates tantos fecere progressus ; nihilo-  
minus tamen parum mihi liquet, practi-  
cos ad humorum temperiem, qualis ea sit,  
animos satis attendere.

Neque iidem mihi magis videntur pe-  
riculum præcavere, e methodo antiphlogi-  
stica vel antiseptica, si hanc aut illam plus  
nimio insistant, frequentius oriturum ;  
præcipue ubi a teneris unguiculis eatenus  
infantes carnibus insueverunt, ut, dum ad  
maturitatem tendunt pustulæ, negatis his,  
vix vita vitalis dici queat.

Pustulis maturescientibus, vidimus sæpe  
necessitatem, juxta atque utilitatem, ægro-  
tantibus

tantibus ex infitione victum indulgendi, sanctis summorum ejus generis artificum legibus quam maxime adversantem. Quandoque etiam coacti sumus sanguinem copia bene larga educere, ne ex eo nimis viscido noxa cerebro aut pulmoni inferretur.

Olim quum tot ubique strages ederet funesta hæc lues, hisce talibus diligentius forsan advertebatur, quam his temporibus, quibus tota pendet curatio ab aere refri- gerante et regimine antiphlogistico.

Corticem Peruvianum, vinumque ru- brum Lusitanicum, gravissima saepe amo- tura symptomata, res confessa est. Re- periuntur tamen, qui ad affectus nervosos adeo natura sua feruntur, ut, nisi opiatis tollatur orgasmus seu ataxia nervorum (uti loquitur Sydenhamus) ægri nullo modo sunt leto redimendi.

Administratis opiatis mulierem quandam Rix in Stafford-row, quæ nativis variolis laborabat, ad sanitatem perduxí. Ejus-

dem foror, cui morbus arte inductus, fato ante interierat; omisso, ut opinor, opiatorum usu.

## §.

Filio Joannis Drummond apud Charing-cross contagium per infisionem communicatum est; raris sparsis hinc inde pustulis. Puerो moriendum erat, ni statum versus carnes edendas concessissimum. Nihil maturationem promoverant cortex, vinum, aut acida; neque spiritibus animalibus opiata profuerant.

## §.

E famulis meis adolescentulus, annos habens septemdecim, solita naturae via morbo hoc tenebatur. Ut delirio atque signis peripneumonicis obviam iretur, sexies progrediente maturatione incisae sunt venae. Crastamentum singulis vicibus in crustam coriaceam se induebat. Sanguine licet toties dempto, pustularum maturatione minima ex parte impedita est.

VENTRICULUS.

## VENTRICULUS.

**Q**UÆdam Bagley, in vico Rutlandiæ Manton, ætatem medium egressa, alternis quibusque per triennium hebdomadis, acerbissimo ventriculi dolore cruciata erat; junctis vomitionibus eo usque incitatis, ut neque cibum, neque potum qualemcumque, vel dimidiam horæ partem continere posset. Dum miseris his modis plecteretur, nihil unquam alvus demisit. Quæ autem rejiciebantur, singulari illa proprietate donata sunt, ut factum ex argento cochleare nigro colore inficerent. Imperavi sexaginta guttas olei tartari per deliquum ex infusione florum chamæmelinorum quotidie sumendas, una cum pilulis ex limatura ferri non rubiginosi, simul et herbarum amararum extractis. Hinc purgata est per primam hebdomadem fe-

sexies septiesve de die. Paulatim dein ita inclinavit medicamenti vis, ut tandem semel tantum in die desideret. Jamque liberata est. Elapso fere mense, priora visa sunt quasi recrudescerent symptomata, quibus finem omnino adtulit oleum tartari per deliquium ex infusione florum chamæolinorum.

## §.

Mulier alia Lee apud Farndon in comitatu Leicestriensi pertinaci quodam ventriculi acido humore pessime habita est, quem tamen submovit cortex Peruvianus. Si quando rediret, ab eodem remedio palmario actutum pulsus est.

## VESICATORIA.

**U**BI brachium in hemiplegia potissime afficitur, vesicatorium amplum cervici, qua nervi ad brachia tenduntur, injectum, optatissime nonnunquam respondeat. Hoc auxilii genere firmitatem corporis receperunt agricola Uppinghamiensis Burton, pauperculus novem annorum apud North Luffenham, aliquique complures, quorum nomina festinante nimis calamo in adversaria non retuleram.

Nusquam comperi vesicatoria æque cito prodesse, atque in acutis pulmonum morbis, post commodam sanguinis missio nem cruribus adposita. Convenit hoc Hippocraticæ disciplinæ: “Quod tumores ad suras, &c.

## UNGVENTA.

## U N G U E N T A.

**V**I X reperias unguentum in Pharmacopœia Londinensi plagis aut ulceribus sanandis omnimodo accommodum.

Rodit unguentum basilicum flavum prænimia acrimonia. Adde, quod durities ejus nervorum papillas corrugat, ac carnis productionem impedit.

Unguentum e gummi elemi vix mollius est textura, aut lenius quod ad effectus.

Unguentum basilicum nigrum non satis deterget. Recentem porro carnem nimis relaxat.

Indita cavis ulceribus linamenta, nisi balsamo aliquo prius imbuta sunt, ultra debitum siccant. Eadem ut plurimum pulchre convenient, ubi caro recens bonique coloris justo citius increscit.

Vulnere inficto, aut rupto apostemate, simulque etiam in omni fere ulcerum statu, maximum

maximum adfert lenimen unguentum sequens. Non nimium deterget, ac parciore copia adhibitum carnem alit.

R. Unguent. basilic. nigr. Pharmacop. Lond.  
semunc.

Unguent. e gum. elemi ejusd. Pharmacop.

Mel. Anglic.

singulorum unc. 1.

Leni calore simul solvantur, et diligenter miscantur, dum frigeant; ut fiat unguentum detergens, quod fratrem meum Joannem Fordyce auctorem agnoscit.

Non prætermittendum est, quod et alii animadverterunt, argentum vivum cum balsamo sulphuris tritum, in unguento cœruleo fortiori Pharmacopœiæ Londinensis, ad luis venereæ sanationem aliquando non sufficere.

Minime placet quadruplum axungiæ porcinæ pondus in unguento cœruleo mitiori, propter summam difficultatem tantam ejus copiam ad siccitatem infriçandi.

## VULNERA.

**G**EORGIUS Oylett tertiae cohortis prætorianæ miles, dum fœderatorum exercitus anno M, DCC, XLVIII ad Brabantiae vicum Nesleroī castra haberet, in abdomen graviter acinace vulneratus erat. Interposita semihora, inveni eum magnam intestinorum partem, ne penitus evolverentur, cavo galero suffulcentem. Valde illa inflata, omentumque pulvere conspersum; ante quod discissum, in sedes suas intestina nullo modo condere potui, tametsi per se late patebat plaga. Ex cibo et potu, quibus se paulo ante liberaliter invitaverat, venustissima sane vasorum lacteorum facies per mesenterium disperforum. Depositis omnibus, quum sanguis satiis multus ex omenti arteriis adhuc flueret, acu prælonga suturam feci interruptam dictam; id quod ægerime fiebat,

fiebat, propter sponte se retrahens peri-tonæum, et ipsam muscularum abdominalium crassitudinem. Fomentis adhibitis, oviumque recens cæsarum pellibus hominem in dies obvolvendo, in integrum is restitutus est.

## §.

Ejusdem cohortis decurio singulari certamine vulnus in regione gastrica accepit. Sanguis sursum deorsum ubertim redditus est. Putabant qui eum inviserunt principes castrenses chirurgi, cum ventricula et jecur confossum. Repugnantibus omnium auguriis, asperi regiminis antiphlogistici ope ad sanitatem pervenit.

Diu invaluit opinio, immedicabilia esse ventriculi vulnera : quod non ex toto ita se habere hoc exemplum ostendit.

## §.

Adolescentulus, cuius eminebat genus, quum annos circiter quindecim haberet, ab equo excussus, mutus exceptus est,

offi parietali vulnere inficto. Quæ subse-  
quuta sunt indicia, apud chirurgum, cui  
commissa curatio est, non satis valebant,  
ut rem terebra tentaret. Abierunt sex  
menses. Paulatim deinde accedebant ca-  
pitis dolores, demissio animi, graves ner-  
vorum affectus; quæ cum redeuntibus  
vere et autumno pari passu redibant. Post  
biennium alta insedit melancholia; de-  
speratione mentem quandoque sic inva-  
dente, ut propinqua cognatione conjunctis,  
ne quid in se durius admitteret, metus  
injiceretur. Tum denique arcessitus, at-  
que hæc omnia edoctus, familiam judicio  
meo impertivi: Veri nempe simillimum  
esse, cuncta ea symptomata inauspicato  
isti ex equo casui deberi, meque suspicari,  
calvariam membranis cerebrum conte-  
gentibus inniti adhuc et incumbere. Ideo  
perforandum esse duxi. In consilium  
postea adhibiti Cæsar Hawkins, Richar-  
dus Saunders, et Joannes Hunter, uno

ore

ore consentiebant, ex illo ministerio multo plus bonæ spei adfulgere, quam periculi intentari: adeoque Joannes Hunter ad marginem depressæ cranii partis (restabat manifesta depressio) terebram adegit. Tulit æger constanti animo; regimine autem antiphlogistico mala quæque symptomata arcebantur. Quum vero non exempta esset nisi pars exigua ossis desidentis, quod nunc fractum fuisse, et contactu sui cerebrum violasse, certo comperimus; consultum visum est rem iterum aggredi, ut sublata residua parte, symptomata, quorum causa hanc primum instituissimus medicinam, penitus devincerentur. Adolescentulus constanter omnia ac fortiter; demptumque omnino est id quod ex osse jam facto crassiore reliquum erat. Ex hac altera perforatione acres admodum moti sunt dolores; quos exceptit febris gravissima repetita sanguinis missione, et asperrimo regimine, tantummodo cohibenda, Discussa

et usita febre, ærumnarum quas perpeſſus  
erat omnium is cito preſtum cepit, mentis  
et corporis sanitatem incorruptam; qua  
hodie fruitur, haud ita pridem a Calpe  
reversus, ubi, fine ulla cerebri inter tot  
tormentorum militarium tonitrus offenſione,  
magno imperatore non indignum  
ſe militem präſtit. Addere eſt, vix dum  
excifum eſſe quod a prima perforatione  
supererat fruſtulum, quum ab omni ægri-  
tudine ſolutus miro quodam ac ſubito  
gaudeo exultaret.

F I N I S.

